

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

more in nobis operatur: vita autem in vobis. Habentes autem eundem spiritum fidei sic scriptum est credidi propter quod locutus sum: et nos credimus propter quod et loquimur: scientes quod quod suscitauit Iesum et nos eum Iesu suscitabit: et constituet vobiscum. Omnia enim propter vos: ut gratia abundans per multos in gratiarum actione abundet in gloria dei. Propter quod non deficiamus: sed licet is qui fors est noster homo corrumpatur: tamen is qui in me est renouatur de die in diem. Id enim quod in presenti est momentaneum et leue tribulationis nostre: super modum in sublimitate eterni glorie pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis qui videntur sed qui non videntur. Que enim videntur temporalia sunt: que autem non videntur eterna sunt.

Capitulum .v.

Simus enim: quoniam si ter restis domus nostra huius habitacionis dissoluatur: quod edificationem ex deo habeamus domum non manufactam eternam in celis. Nam et in hoc in gemisemus habitationem nostram que de celo est superindui cupientes: si tamen vestiti et non nudi inueniamur. Nam et quod sumus in hac tabernaculo in gemisemus quatuor: eo quod nolumus exspoliari: sed superuestiri: ut absorbeat quod mortale est a vita. Qui autem efficit nos in Iesu Christo deus: qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper et scientes: quoniam dum sumus in corpore peregrinamus a domino. Per fidem enim ambulamus: et non per speciem. Audemus autem et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore et presentes esse ad dominum: et ideo credimus siue absentes siue presentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal christi: ut referat unusquisque propria corporis pro ut gessit siue bonum siue malum. Scientes ergo timorem domini hominibus suademus: deo autem manifesti sumus. Spero autem et in conscientijs vestris manifestos nos esse. Non iterum amedamus nos vobis: sed occasione damus vobis gloriandi pro nobis: ut habeatur ad eos qui in facie gloriantur et non in corde. Siue enim mente excedimus deo: siue sobrii sumus vobis. Caritas enim Christi urget nos: estimantes hoc: quoniam si unus pro omnibus mortuus est ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus: ut et qui viuunt iam non sibi viuunt: sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si agnouimus secundum carnem christum: sed nunc iam non nouimus. Si qua ergo

in christo noua creatura est: vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex deo qui nos reconciliavit sibi per christum: et dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem deus erat in christo mundum reconcilians sibi: non reputans illi delicto ipsorum: et posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro christo ergo legatione fungimur tamquam deo exhortate per nos: obsecramus pro christo: reconciliamini deo. Euz qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit: ut nos efficeremur iusticia dei in ipso.

Capitulum .vi.



Adiuuantes autem: exhortamur ne inuacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Ne mihi dantes ullam offensionem: ut non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia: in tribulationibus. in necessitatibus. in angustiis. in plagis. in carceribus. in seditionibus. in laboribus. in vigiliis. in ieiuniis. in castitate. in scientia. in longanimitate. in suauitate. in spiritu sancto. In caritate non ficta: in verbo veritate: in virtute dei. Per arma iusticie: a dextris et a sinistris. Per gloriam et in nobilitate: per infamiam et bonam famam. Ut seductores et veraces: sicut qui ignoti et agniti. Quali morientes et ecce viuimus: ut castigati et non mortificati. Quali tristes semper autem gaudentes: sicut egentes multos autem locupletates: tamquam nichil habentes et omnia possidentes. Deus noster patet ad vos o corinthii: cor noster dilatatus est. Non angustiari in nobis. Angustiari autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remunerationem: tamquam filiis dico: dilata mini et vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Que enim participatio iusticie cum iniquitate: aut que societas lucis ad tenebras? Que autem conuenio christi ad belial? Aut que pars fidelis cum infidelis? Qui autem consensu templo dei cum ydolo? Vos enim estis templum dei viuus sicut dicit deus: quoniam inhabitabo in illis et inambulabo: et ero illorum deus et ipsi erunt michi populus. Propter quod exite de medio eorum et separamini dicit dominus: et immundum ne tetigeritis: et ego recipiam vos. et ero vobis in patrem: et vos eritis michi in filios et filias dicit dominus omnipotens.

Capitulum .vii.